V K
1011

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198446-p0001-3

DIS

IV

BVF

SERENI
SAPIAE
GR

CHR

K.141,20.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198446-p0002-9

Vk 1011

Q. D. B. V.

DISSERTATIO IVRIS GENTIVM ET LVSATICI
DE
# IVDICIIS HEROICIS
Von
# Ehren-Tafeln,
QVAM
*PRAESIDE*
BVRCARDO GOTTHELFFIO STRUVIO
ICTO CELEBRATISSIMI NOMINIS
SERENISSIMORVM SAXONIAE DVCVM ERNESTINAE PROSAPIAE CONSILIARIO ET HISTORICO SERENISSIMO MARGGRAVIO BRANDENBVRGO-CVLMBACENSI A CONSILIIS CVRIALIBVS IVRIS ET HISTORIARVM PROFESSORE PVBLICO
IN AVDITORIO ICTORVM
PLACIDAE DISQVISITIONI SVBIECIT

CHRISTIANVS FRIDERICVS Föhrl
BVDISSA-LVSATVS

D. IX. APRILIS MDCCXXI.

*VITEMBERGAE*, EX OFFICINA HAKIANA.
MDCCXXXIX.

(6)

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

K.141,20. 2,754

# CLARISSIMO DISSERTATIONIS AVCTORI

S. D.

PRAESES.

REddo TIBI Diſſertationem, quam nuper obtuliſti, de Iudiciis Heroicis, proprio Marte elaboratam. Poſtquam enim in hac Academia per Triennium fueris verſatus, Doctorum ſubſellia frequentaſti, meam quoque doctrinam vel in tradendo Hiſtoriam, illuſtrando Ordinum Germaniæ, vel totius Europæ Statu, vel in explicando

do Iure Publico, Feudali, atque Eccleſiaſtico ſecutus, non ſine fructu diſcedis. Docet hoc præſens, quod nunc publico exhibes Specimen. De induſtria TVA in eodem conficiendo ipſe teſtor, dum Bibliothecam meam ſedulus excuteres, & quidquid inſtituto TVO aptum videretur, in uſum TVVM verteres. Materiam ſelegiſti ab aliis nondum pertractatam, iuribus Patriæ prærogativisque convenientem, ut ideo boni Civis officium adimpleres, patriæque prodeſſe inciperes. Gratulor igitur de eruditionis TVAE primo Specimine, atque haud vane auguror, TE inpoſterum plura adhuc eſſe editurum, patriæque haud minimum profuturum. Faxit Supremum Numen, ut largos ſtudiorum capias fructus, TIBIque omnia eveniant proſperrime. Vale. Scribebam e Muſeo pr. Kal. Aprilis CIↃ IↃ CCXXI.

DE

# DE
# IVDICIIS HEROICIS
# DISSERTATIO

## CAPVT PRIMVM
## DE
## SINGVLARIBVS GERMANIAE QVIBVSDAM IVDICIIS CVM SPIRITVALIBVS TVM SECVLARIBVS ANTIQVIORIBVS.

§. *I. Cauſas ſuſceptæ Diſſertationis exponit.* §. *II. agit de Iudicio Eccleſiæ Synodico.* §. *III. de Iudicio divino Ordaliorum.* §. *IV. de ſeculari Iudicio Manni.* §. *V. de* κυνοφορία *apud Francos & Suevos olim uſitata.* §. *VI. de Adfinibus Iudiciorum Heroicorum, Iudiciis Duelliorum ſive Campionum.* §. *VII. præmittit Deſcriptionem Iudiciorum Heroicorum.*

§. I.

DIfficile fateor ætatemque meam iuvenilem ſupergreſſum ſumſi argumentum, dum præſenti Diſſertatione IVDICIA enarro HEROICA. Certe, conantem potuiſſet deterrere materiæ gravitas, ſilentiumque illorum Auctorum, qui ex inſtituto de prærogativis, Iuribus procerum atque Nobilium expoſuerunt, quales ſunt IO-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198446-p0007-7

ANNES BAPTISTA CHRISTINAEVS *Iuris prudentiæ Heroicæ* præclaro opere, M. VVLSON de la COLOMBIERE Theatro Nobilitatis (*Theatre de la Nobleſſe,*) ANTONIVS MATTHAEI Iure Conſultus doctiſſimus, egregio de *Nobilitate* commentario, aliique; niſi amor dulcis patriæ blanda vi me adegiſſet, ut ſpreta omni, quæ ſe exſerebat, difficultate, vires hac in re meas periclitarer. Occaſionem autem huiusce lucubratiunculæ hanc habe, BENIGNE LECTOR. Perilluſtrium Luſatiæ Superioris Procerum, ſingularem quæ ſeſe in IVDICIO HEROICO, *der Ritter-und Ehren-Tafel* prodit, prærogativam, dum mecum expendo, in eam devenio ſententiam, nihil alienum me ab officio boni civis facturum, ſi quædam de hoc ſcriptis mandarem. Hæc me cogitatio eo detulit, ut ceteras quoque Europæ regiones peragrarem, & ſi quid adfine deprehenderem, adnotarem, ut amplior pleniorque fieret rerum tractatio. Hinc nata qualiscunque hæc Diſſertatio. Palam vero hic prædico Illuſtris Domini PRAESIDIS in me indulgentiam atque facilitatem, quippe cuius doctrinæ atque Bibliothecæ inſtructiſſimæ lectiſſimæque omnia debeo. Ceterum ſpes me tenet, fore, ut LECTOR BENIGNVS hanc opellam meam boni æquique conſulat, erroresque commiſſos rei cum difficultati, tum ætati meæ, temporisque brevitati adſcribat.

§. II.

Singularium Germaniæ Iudiciorum primordia capio ab Iudicio Eccleſiaſtico, quod SYNODICVM *das Send-Recht,* audit, quo de criminibus, diebus potiſſimum feriatis, aut verbis, aut factis perpetratis & intra annum denunciatis, cognoſcebatur, atque iudicabatur, (a) Directore vel Epiſcopo, vel Præpoſito ſummo, vel Archi-Diacono. Et licet

cet Præſentatio cuiuslibet Chriſtiani neceſſaria eſſet; diverſa tamen erat. (b) Liceat mihi reliquis prætermiſſis tantum commemorare Bannitos, ſive *die Schöppen-Bahre*, inviſere ſolitos *des Biſchoffs-Send* ac proinde dictos *ſendbahre* vel *ſendbahr freye* (c) h. e. qui & libertate, & antiquitate, & gloria maiorum florebant (d) illamque præcipue ob cauſam obtinebant, ut etiam hiſce Synodis tanquam Iudices & Aſſeſſores intereſſe poſſent, (e) ad tale enim munus ſubeundum non quivis cenſebatur idoneus.

(a) SPECVLVM SAXONICVM *Artic. II. & Gloſſa.*
(b) l. c. dicuntur Liberi in hoc Iudicio eſſe tripartiti; quorum primi Epiſcoporum Synodum quærere ſolent, & hi Banniti dicuntur; Proprietarii ſummorum Praepoſitorum; Pagani autem Archi-Presbyterorum.
(c) SCHILTERVS *ad Ius Allemann. Feudale c. I. §. 18.*
(d) SPECVLVM SAXONICVM *in Gloſſa Artic. II. und alle dieienigen, die von ihren vier Ahnen &c.*
(e) LVDOVICVS THOMASSINVS *de vet. Ecleſſ. Diſciplina P. II. L. III. c. 73.* quorſum etiam reſpexit INNOCENTIVS III. *in c. 3. X. de Conſuet.*

## §. III.

Memoratu quoq; dignum Iudicium divinum ſive Eccleſiaſticum ORDALIORVM, apud antiquas gentes, cumprimis Anglo-Saxones uſitatum, in quo Deo magis quam humano iudicio confiſi, cauſas ambiguas, maxime crimina, quæ in exiſtimationem, innocentiamque iniuria exiſtebant, nec ullo tamen teſtimonio probari poterant, divinis tradebant iudicii. (a) Modos innocentiam teſtandi tres invenio: (b) I. IVDICIVM *Ferri candentis* ſive Ignem. (c) Reus enim ſive rea in conſeſſu Iudicium & conſpectu populi ignitam ferri laminam ſolenni formula per ſacerdotum conſecratam, (d) manu prehenſam circumferre, aut nudis pedibus

calcare tenebatur. Si ferri candentis attactus nihil noceret, inſons putabatur; ſin læſus foret, culpa dignus erat. II. IVDICIVM *Aquæ calidæ* (e) In ferventem nimirum aquam manus nuda immittebatur, & ſi illæſa manſiſſent, innocens declarabatur; ſin ſecus, reus criminis agebatur. III. IVDICIVM *Aquæ frigidæ* (f) in quam reus vel rea mittebatur, ſi ſubmergeretur, inſons; ſi vero ſupernataret, ſons erat. Id quod hodie adhuc quibusdam in locis circa ſagas obtinet.

(a) AVENTINI *Annal. Boior. L. IV. c.* 14. *n.* 27. L. ALLEMANN. *Tit. XLIV. & LXXXIV.* apud STEPHANVM BALVZIVM.

(b) HACHENBERG *Germaniæ Med. Diſſert. III.* §. 19.

(c) SYNODO TRIBVRIENSI *c. XIII. Si quis* FIDELIS LIBERTATE NOTABILIS *tanto talique crimine publicatur, ut criminoſus a populo ſuſpicetur*, PER IGNEM CANDENTI FERRO *caute examinetur.*

(d) v. de hac formula Illuſtris PRAESIDIS *Hiſtoriam Iuris Criminalis* §. *VIII. p.* 750. *ſeqq.*

(e) CAPITVLAR. *L. IV. c. XIII. Si ſervus hominem in Eccleſia interfecerit, Iudicio* AQVAE FERVENTIS *examinetur, utrum hoc ſponte an ſe defendendo feciſſet. Et ſi manus eius exuſta fuerit, interficiatur.*

(f) IVS PROVINCIALE SAXONICVM L. I. Art. 39. Compara de Iudicio Aquæ frigidæ Diſſertationem B. GEORGII ADAMI STRVVII, ICti ſummi.

## §. IV.

Singulare quoque eſt IVDICIVM *Manni, das Mann-Recht*, quo Nobiles olim & adhuc hodie, diverſo modo, quam plebeii accuſantur, diiudicantur, condemnantur. (a) Hoc Iudicium gaudebat ſuo Præſide, & Adſeſſoribus, qui itidem erant Manni, & quia ſolis tantum Nobilibus & Viris Equeſtribus in controverſiis quoque privatis ad reconciliandam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198446-p0010-3

andam potiſſimum amicitiam ſuſceptis, (b) competebat, erat ſplendidiſſimum. Indicto ſub dio Iudicii conſeſſu, reus per Actorem & tres Teſtes (c) in Ius vocabatur; (d) ſpatio vero per XL. noctes conceſſo (e) nec eo comparente, exceptis legitimis cauſis, (f) culpa dignus declarabatur. (g) Aderant quidem Advocati, (h) non facile tamen admittebantur, (i) nuda & ſimplici tantum oratione, ſine ullis verborum ambagibus cauſas tractare iubebantur (k).

(a) SCHOTTELIVS *von unterſchiedlichen Rechten in Teutſchland c. IV.*

(b) TACITVS *de Moribus Germanor. c. XXII.* 10. SCHILTERI *Codex Iur. Allemann. Feudal. p.* 564. & Gloſſaria SPELMANNI & du FRESNE hac Voce.

(c) LEGE SALICA *Tit. III.*

(d) PAVLI HACHENBERGII *Germania media Diſp. III. §. XXVII. pag.* 68.

(e) CAPITVLARE III. *Ludovici Pii a. DCCCXIX. c. I.*

(f) Qualia erant adverſa valetudo, Legationes publicæ, exequiæ domeſticæ.

(g) LEX SALICA *Tit. I.* LEX RIPVARIORVM *T.* 32. CAPITVLARE IV. *a. DCCCIII. c.* 33. LEX LONGOBARD. *Lib. II. Tit. XXXIV. c. I.*

(h) CAPITVLARE *de Villis c. XXIX.*

(i) HINCMARVS Rhemenſis Opuſc. V.

(k) HACHENBERG *c. l.*

## §. V.

Primis quoque temporibus legis inſtar, mos iſte apud Francos & Suevos potiſſimum inoleverat, ut ſi quis nobilis coram ſuo Iudice, quorundam criminum v. g. violatæ pacis, aut incendii reus fuiſſet inventus, (a) canem de Comitatu in Comitatum geſtaret, quod a potiori dicebatur ΚΥΝΟΦΟΡΙΑ, CANIS PORTATIO. (b) Geminas vero cauſas cur Nobiles Poena κυνοφορίας fuerint adfecti deprehendo:



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198446-p0011-9

Primam adducit ANDREAS FAVINVS, (c) qui putat, canem Nobili dari ad Nobilitatis notam, canes enim & venationem ad ſolos ſpectare Nobiles; Alteram ſuppeditat I. W. GERICKEN (d) autumans, ideo illam fuiſſe inſtitutam, ut Nobilibus innoteſceret, canem erga Dominum ſuum longe fideliorem eſſe, quam Pacis publicæ violatores erga Imperatorem & reliquos Principes.

(a) Patet hoc exemplo Ottonis M. de quo WITTICHINDVS *Annal. L. II. pag.* 644.
(b) WITTICHINDVS cit. loc. & OTTO FRISINGENSIS *de geſtis Frid. Barbaroſſæ Lib. II. c.* 29. & CAROLVS du FRESNE *in Gloſſario h. voc.*
(c) *Hiſtor. Navarr. L. XII. p.* 732.
(d) *Im curieuſen Anhange zu I. G. Schottelii kurtzen Tractat von unterſchiedlichen Rechten in Teutſchland c. IV. pag.* 191

## §. VI.

Propiora magisque adfinia Iudiciis Heroicis erant IVDICIA DVELLIONVM ſive CAMPIONVM, dubiis in cauſis, (a) præcipue autem Iniuriis, (b) res armis pugnantium committebatur, ut ex ipſorum felici aut infelici eventu de cuiuslibet iure iudicaretur. Etenim ſi ſententiam in iudicio latam in dubium vocarent, vel teſtes reiicerent partes litigantes, hoc fiebat Iudicio Duellionum. (c) Omnes vero corpore in aciem dimicationemque venire iubebantur, etiam Principes, (d) niſi ætas decrepita vel iuvenilis, ſc. vigeſimo primo anno nondum completo, (e) vel alia cauſa legitima concederet excuſationem. Modum decertandi verbis Iuris Saxonici potius quam meis exponam: (f) *Iudex cuique duos præbere debet, qui videant, quod ſecundum conſuetudinem præparentur. Quantum voluerint de corio & linteo induant, dummodo frontes i. e. capita atque pedes permaneant enudati. In manibus*

*bus non niſi ſimplices habeant chirothecas: nudum in manu quilibet habeat gladium, & cum uno vel pluribus ſecundum cuiusque arbitrium præcingatur: clypeum ligneum corio tectum, & non niſi umbonem ferreum in manu ferant, & unam tunicam induant, cuius manicæ usque ad cubitum ſe extendant. Iudex circulo pacem, ne quis eos impediat, debet ſub pœna capitis demandare. Cuilibet eorum Iudex unum, qui arborem ſ. Phalangem eius ferat, ordinabit, qui ferentes neminem eorum ullatenus, impediant. Sed ſi eorum quis ceciderit, vel vulneratus fuerit, vel arborem petierit, idque Iudex conceſſerit, arborem interponant. Poſtquam circulo eſt pax nunciata, tunc petere debent circulum ſibi a iure licentiari, quem eis Iudex licentiabit. De vaginis ferrum auferant, niſi hoc eis a iudice concedatur, ante iudicem accedere debent præparati, & iurare Actor videlicet, quod illa accuſatio vera ſit, & Reus quod innocens ſit, ut ſic Deus eos adiuvet in Duello, ſplendor ſolis eis dividatur quando procedunt. Si reus vincitur, condemnatur, ſi vero vicerit, donata ſibi ab Actore emenda, & iudici Mulcta abſolvitur. Actor in circulum prior veniat, & ſi reus venire protraxerit Iudex eum debet tribus vicibus per Præconem de domo, in qua præparatur, adhibitis duobus Bannitis evocare. Quod ſi in tertia vocatione non venerit, actor ſurgendo ſe debet duello præſentare, & verberando contra ventum eum ſuperabit in querela contra eum propoſita, ac Iudex eum tanquam duello eſſet ſuperatus condemnabit.* His peractis, vel abſolutio vel condemnatio ſequebatur. Tam frequens autem huius Iudicii uſus erat, ut Clerici quoque ipſi eadem ratione inter ſe decertarent. (g)

(a) EPHRAIMI GERHARDI Diſſert. *de Iudicio Duellico.* WITTICHINDVS Corbeienſis Monachus *L. II. p.* 644. ubi Otto M. Con-

Controverſiam de Iure repræſentandi nepotum in ſucceſſione avorum hoc Iudicio voluit definiri.

(b) ORDINATIO *des Kampfs des Burggrafthums zu Nürnberg* apud LIMNAEVM *Addit. ad L. V. c. VII. n.* 9. *p.*750.

(c) de Frothone III. Danorum Rege SAXO GRAMMATICVS *Hiſt. Danic. L. V. p.* 86. *de qualibet vero controverſia ferro decerni ſanxit, ſpecioſius viribus quam verbis confligendum exiſtimans* SPECVLVM SAXONICVM *L. II. art.* 12.

(d) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a.* 1070. Exemplum in Ottone Boiorum Duce contra quem Egem agebat, ſuppeditat. Henricus etiam IV. Imp. dum a Suevorum Duce Rudolpho inculparetur, apud in Comitiis Würzburgenſibus Germaniæ Principes per Carnificem tollendos cenſuerit, ad Duellum ſe obtulit.

(e) LEX LONGOBARD. *L. II. Tit. LXXXVI.* §. 38. 39.

(f) Speculator L. I. Art. LXIII.

(g) v. illuſtris PRAESIDIS *Hiſtoriam Iuris Criminalis* cap. IX. §. VI. p. 746.

## §. VII.

Ante vero quam ad ipſa Iudiciorum Heroicorum, quæ veneranda ad nos transmiſit antiquitas, exempla indicanda progrediar, neceſſe habeo, quandam eorundem præmittere deſcriptionem. Sunt itaque Iudicia Heroica, Iudicia, Nobilitati ab antiquo conceſſa vel permiſſa, coram quibus, Senatu ad hunc actum legitime conſtituto, partes litigantes tanquam ad Iudicium ex conceſſione & compromiſſo ultimæ Inſtantiæ compareant, ut ſtatum Nobilitatis, quatuor ſuos Maiores atque Inſignia probent, Iniurias quoque vel perſonæ vel genti illatas, contra alios æque Nobiles vindicent. Qualia cum ex ultima vetuſtate, tum recentioris ævi monimentis omni ſtudio repetita Tibi, LECTOR BENIGNE propono, Tuamque iterum exoro indulgentiam.

CAP.

# CAPVT SECVNDVM DE QVIBVSDAM IVDICIIS IMPERIORVM REGNORVMQVE EVROPAE HEROICIS ANTIQVIS ET RECENTIORIBVS

*ſ. I. Græciæ Iudicium Heroicum. Concilium Amphictyonicum. ſ. II. Romanorum Cenſura. ſ. III. Hiſpanorum Iudicium in Curia Regia ordinatum. Concilium Ordinum Equitum Militiæ S. Iacobi, Alcantaræ & Calatravæ. ſ. IV. Regni Luſitaniæ Conneſtabulatus, & Mareſchallatus. Iudicium Portugalliæ Equeſtrium Ordinum de Avis, S. Iacobi, & ab Ala S. Michaelis. §. V. Galliæ Principum Patritiorumque Curia & Tabula Marmorea. §. VI. Iudicium Anglorum Seneſchalli & XII. Regni Iudicum Maioratus Domus ſive Iudicium Lord Steward of the Kings Houshold. Arturii Tabula Rotunda. ſ. VII. Daniæ Iudicium Regni Magiſtri, Archi Cancellarii & Aulæ Mareſchalli. ſ. VIII. Iudicium Suecorum Regni Mareſchalli. §. IX. Tribunal Nobilitatis Sarmaticæ. ſ. X. Iudicium Palatini Pannoniæ, Comitis Curiæ & Iudicis Nobilium i. e. Comitis Parochialis. §. XI. Regni Bohemiae Iudicium ſupremum ſive Maius vulgo Sandzemsky & Archi-Mareſchallatus terreſtris. §. XII. Iudicium Heroicum Ordinis Magni Aquilæ Nigræ in Boruſſia.*

§. I.

Iudicia Imperiorum Regnorumque Europæ Heroica expoſiturus, Græciæ, modicæ quidem, ſed nobili Europæ provinciæ, principem aſſigno locum. Antiquiſſimum Græciæ Iudicium erat (a) CONCILIVM AMPHICTYONICVM, quod inſtituto meo accommodatum videtur. Hoc inter alia quoque de fama, exiſtimatione ac in-

ria ſociorum illata iudicabatur, (b) ut ſub vinculo Primatum Græciæ indiſſolubili populi illorum ſibi invicem eſſent amici. (c) Gentes huius Iudicii ſplendidiſſimi XII. enumerantur, (d) ſedes prima ad Thermopylas in Theſſalia fuit: deinde in Phocidem translata. (e) Præſidebant Senatores e ſingulis populis electi. Reperio quoque Viris ob merita in hanc vel illam Rem publicam nobilibus præ aliis in eo primum locum in Conſultationibus fuiſſe conceſſum. (f) Illi vero, qui Ius ſuum a vicinis vel aliis conſequi non poterant, hos Iudices ab his opem, poſcentes adibant. Et hoc Iudicium ratione cauſarum quotannis aliquoties coibat, ſententias ferebat, easque exſequebatur. (g)

(a) Compara eruditiſſimi Viri, ANTONII van DALE Diſſertationes Antiquitati quin & Marmoribus inſervientes *Diſſ. VI. c. I.*

(b) Exemplum exhibent Phocenſes, qui poſtquam ſacrilegium admiſiſſent, & hoc famam & ſuam & ſociorum læſiſſent, voto & ſeſſione inter Amphictyones, huius Iudicii Heroici ſententia, cum infamia fuerunt priuati. v. DIODORVS SICVLVS *L. XVI. p.* 542.

(c) IO. IACOBVS HAAKIVS de *Iudicio Amphictyonico Diſſert. I. pag.* 28.

(d) STRABO *L. IX. pag* 420. *B.*

(e) VBBONIS EMMII Deſcriptio *Concilii Amphictyonici*, in ſuo de Rebus publicis Græciæ Commentario elegantiſſimo *c. XVI. p.* 291.

(f) ANTONIVS van DALE l. c.

(g) VBBO EMMIVS P. II. c. XVI. pag. 291. ſeqq.

## §. II.

A Græcis ad horum victores progredior Romanos, apud quos non poſtremum officium, ſed apex omnium fere honorum fuerat CENSVRA. Cenſores primum ex Patriciis tantum (a) poſt etiam ex plebeiis (b) legebantur, & quidem bini. Hi vi muneris, præfecti morum,

rum, (c) in vitam & mores Senatorum & Patriciorum inquirendi, (d) Cenſum agendi, in Equeſtrem aut Senatorum ordinem legendi, alios ab iisdem ut indignos removendi, & illos, qui Famæ maculam contraxerant, ad Cenſuram ſuam revocandi habuerunt poteſtatem. (e) Indigni reperti, vel dignitate ſenatoria exuebantur, (f) vel adempto Equo publico ad plebeios reiiciebantur, vel, qui plebeii erant, ærarii fiebant. (g) Neceſſe tamen erat, ut ambo Cenſores in ignominia vel pœna imponenda eſſent concordes. (h) Primitus quidem hæc Iudicialis dignitas quinquennalis erat, (i) deinde vero anni ſpatio, imo ſemeſtri fuit circumſcripta. (k). Imperatores vero Cenſuram vel ſoli, vel cum Collega agebant. (l)

(a) Auctor Cenſuræ fuit Servius Tullius, qui tantum Patriciis id conceſſit. LIVIVS *L. IV. c.* 4. PAVLVS MANVTIVS de *Legib. Roman. c. VII. Tom. II. Theſauri Antiquit. Rom. Græviani.*

(b) Lege Publilia, ANTONIVS AVGVSTINVS de L. L. c. I.

(c) PAVLVS MANVTIVS de *Civitate Romana c. I. Tom. I. Græviano.*

(d) DIO CASSIVS *lib. LIII. p.* 508.

(e) Officium Cenſorum optime deſcribit CICERO de *LL. Lib. III. c.* 3. LIVIVS *Lib. IV. c.* 8. ASCONIVS PEDIANVS de *Magiſtratibus Roman. L. I. Tom. II. Græviano.*

(f) LIVIVS *Lib. XLII. c.* 10. GELLIVS *L. IV. c.* 8. VALERIVS MAXIMVS *Lib. II. c.* 9

(g) Hæc ſolennia ſatis concinne exprimunt Numi Lucii Vitellii & Claudii in Comment. ad Numiſmata ſelectiora IAC. OISELII. GELLIVS *Lib. XVI. c.* 5.

(h) LIVIVS *Lib. XXIV. c.* 18. MANVTIVS *l. c.*

(i) P. MANVTIVS de *Senatu Romano c. IX.*

(k) LIVIVS *Lib. IV. c.* 24.

(l) SVETONIVS in *Vit. Auguſti c. XXVII.* Adde Illuſtris Præſidis *Hiſtoriam Iuris Romani ſub Libra Republica cap. I. §. XXII. p.* 77.

§. III.

Expoſitis ſic quibusdam antiquæ ætatis Iudiciis Heroicis, deferor ad Iudicia ævi medii, & recentiorum temporum, Heroica, quæ partim exoleverunt, partim vero adhuc obtinent. HISPANIAM primo loco conſiderandam contemplandamque ſuſcipio. Quemadmodum autem nobiliſſimo hoc in Regno præclara multa ſingulariaque reperio inſtituta, ita etiam non parum inde ea ſortitur ſplendoris, quod Hiſpani Magnates eximiis inſigniti ſint privilegiis. Quorſum non immerito refero *Iudicium in Curia Regia ordinatum*, quod Præſide, i. e. Conneſtabulo & IV. Præfectis (quos Alcaldes vocant) i. e. Mareſchallis gaudet, qui de Magnatum omnis generis Criminibus cognoſcunt in prima & ſecunda inſtantia, (a) nec alios ſuperiores hi quatuor Præfecti in delictis ipſorum puniendis admittunt quam Præſidem. (b) Ceterum hæc dignitas in officio Iuſtitiæ auctoritatis eſt maximæ, a Rege ſecunda, & ſine ullo Regis imperio de rebus Famam & vitam concernentibus Magnatum iudicat. (c) Nec aliorum iudicium contra Proceres Hiſpaniæ, quam huius Curiæ Regiæ Præſidentis & IV. Præfectorum eſt admittendum. CONCILIVM vero ORDINVM, hoc eſt, *Equitum Militiæ S. Iacobi*, *Alcantaræ*, & *Calatravæ* (d) quorum Præſides a Regibus eliguntur quod ſpectat, toties convocatur, quoties cauſæ & civiles & criminales Equitum dictorum Ordinum id requirunt. Præſes eſt Satrapa Hiſpaniæ (Grand d' Espagne) Adſeſſores vero ſunt Equites, qui etiam de Statu Seniorum iudicant, an ſint Progenies Nobilitatis, & *Chriſtianos Vieios*, aut *Originis Maurorum*, *aut Iudæorum*. (e)

(a) LVCIVS MARINEVS SICVLVS de *Rebus Hiſpaniæ L. IV. pag.* 321. *n.* 10. *Tom. I. Hiſpan. Illuſtrat.* SCHOTTI. *In Curia autem*

*autem Regia Iuſtitiæ Præfecti ſunt IV. quos item vocant Alcaldes, qui de Criminibus cognoſcunt, & facultatem habent in toto Regno cognoſcendi in ſecunda & prima inſtantia de criminalibus cauſis & civilibus Statum Nobilitatis concernentibus in Curia Regia.*

(b) *cit.* SICVLVS *L. IV. l. c. n.* 20. *nec alios IV. illi Præfecti ſuperiores cognoſcunt. Ceterum ſi quis eorum deliquerit, a Præſidente Punitur.*

(c) IDEM: *Curiæ Præſes inſuper poteſtatem habet comprehendendi quemcunque omnium Magnatum ſine ullo Regis imperio, ſ. cauſa iuſta fuerit, & iuſtitiæ neceſſitas. Eſt enim dignitas hæc in officio Iuſtitiæ & præeminentia ſummæ autoritatis a Rege ſecunda.*

(d) Excitatus SICVLVS pag 321.

(e) v. IO. BAPTISTAE CHRISTYN. *Iuris prudentiam Heroicam fol.* 505. 529. *Regulas Ordinum Equeſtrium Hiſpaniæ a* GARZIA DE METRANO editas. ANTONII RVIZ DE MORALES, *Regulas Equeſtris Ordinis S. Iacobi Hiſpanice conſcriptas.* FRANCISCI DE VERGERA & ALABA *Compilationes horum Ordinum.*

## § IV.

In Regno LVSITANIAE, CONNESTABVLATVS & MARESCHALLATVS IVDICIA fuerunt permagnæ dignitatis, quæ poſt occupationem etiam Regni ab ipſo Hiſpaniarum Rege Philippo II. in Iurisdictione, ubi quæſtio de Statu Nobilitatis agebatur, ſunt confirmati (a) Quæ dignitates hodie coronæ licet adcreverint, (b) tamen in plures Maggior Domus ſive Magiſtros Aulæ ſunt diviſæ, quibus præeſt ſupremus Aulæ Mareſchallus. (c) Præter ea officia, Societates Equeſtres Portugalliæ *de Avis, S. Iacobi, & Ordinis ab Ala S. Michaelis*, easdem fere regulas & ſtatuta, quas Equeſtres Ordines Hiſpaniæ inter ſe ſanciverunt, habent; in quibus etiam, ut controverſiis Membrorum aliquo modo reſiſterent, Concilium Ordinum expreſſe or-

narunt, ne in *cauſis probationem Maiorum & Famam recuperandam ſpectantibus*, Iudicium agnoſcerent alienum. (d)

(a) Conneſtabulatus hic Familiæ Ducum Bragantiæ hæreditarius fuit, qua de re vid. HIERONYMVS CONNESTAGIVS de *Portugall. & Caſtell. Coniunctione L. IIX. fol.* 138. *Tom. III. Hiſpan. Illuſt.*

(b) V. M. de S. MARTHE en *l' Eſtat de la Cour des Roys de l' Europe P. III. Lib. II. c. I. p.* 342.

(c) BERNHARDVS GOVSTINIANI nella Hiſtori General dellà Monarch Spagnuol antic. & modern. Lib. III. c. XXIIX. p. 262.

(d) Compara citatos, AVCTOREM *Iurisprudentiæ Heroicæ Artic. VIII.* §. 89. 90. LVPI du SEQVEIRA PEREIRA Tract. de Equitib. Avis Portugallice conſcriptum fol. 409. ANTONII VASCONCELLI Soc. Ieſu Presbyteri *Anacephalæoſin i. e. ſumma Capita Actorum Regum Luſitaniæ p.* 21. 22. & MARIANA *Lib. XII.* 3. ubi inter alia etiam Privilegia exemptio fori comprehenditur.

## §. V.

GALLIARVM cultiſſimum Regnum dum conſidero, frequentiora *Iudiciorum Heroicorum* veſtigia deprehendo. Galli enim, prout præ aliis Europæ Gentibus cunctis fere in rebus prærogativam intendunt; ita mirum non eſt, ſi ad Procerum excellentiam ac ſplendorem apud Exteros conciliandum ſingularia Iudicia circa Honorem, (Bona,) & Famam eorum admiſerint. Etenim IACOBVS AVGVSTVS THVANVS gravis ſane locupletiſſimusque teſtis (a) memorat: *Principibus Agnatis ſingulari prærogativæ Ius eſt, ne de eorum capite,* & EXISTIMATIONE, *apud alios Iudices, quam coram Rege* (b) IN PATRICIORVM CVRIA QVAERI *poſſit;* Quod ſolertiſſimus Gallicorum inſtitutorum inveſtigator Germanus, IOANNES LIMNAEVS confirmat (c) dicens: *De eorum* CAPITE & HONORE *cognoſcunt* PARES *cum Rege.* Mores vero recentioris temporis CHARLES LOY-

LOYSEAV *au Traité du Droit des Offices Seigneuries & Ordres* optime refert, (d) qui in primis adſerit, omnibus in cauſis ſanguini regio ita parcitum fuiſſe, ut usque hunc in diem nullus eiusdem Princeps per mortis ſententiam fuerit condemnatus. Privilegia Parium quod attinet, inter alia hoc non minimum eſt, quod in cauſis, quæ ipſorum *dignitatem ac Honorem*, (aut bona Pariatus) contingunt, non poſſint, in prima inſtantia, nullibi præterquam in Parlamento Lutetiano (e) conveniri (f) nec aliter ad Iudicium vocari quam per bina Regis diplomata. (g) Nec reticenda mihi eſt, memorabilis ſane in Palatio Pariſienſi, quæ reperitur TABVLA MARMOREA, quæ Præſidem habet Comitem Stabuli, aut eo abſente, primum Mareſchallum. (h) Aſſeſſores vero ſunt reliqui Franciæ Mareſchalli, quod Iudicium ſingulare toties convocatur, quoties de *Fama, exiſtimatione & honore* Nobilitatis oritur controverſia. (i)

(a) *Tom. II. Lib. XXVIII. pag. 33.*

(b) Licet enim Rex autor & ſæpius præſens fuerit, nequaquam tamen fuiſſe iudicem teſtatur BODINVS *de Rep. L. IV. p. 723.*

(c) In *Notitia Regni Franciæ Lib. II. c. XXIII. n. oo. p. 943.*

(d) *Cap. VII. n. 52 on a tellement espargné le ſang de France, que nul Prince d' iceluy n' a one eſté executé à mort par iuſtice; meſme ne en s' en trouve, qu' un ſeul, qui ait eſte condamne ſans toutes fois, avoir eſté executé: qui n' eſt pas pourtant un privilege d' impunité, mais plustoſt une remarque de leur vertu, & fidelité ou bien de la bonté & affection de nos Roys en leur endroit.* BRET *de la ſouver du Roy Livr. I. ch. 7. p. 55. Pour l' ordinaire l' on garde ceſte difference entre les Enfans des Roys, & Princes du ſang, & les autres ſubiects, lors qu' ils ont manqué contre leur devoir, que ceux-cy ſont punis ſelon la rigueur des ordonnances: mais l' on traitte plus - doucement les Enfans, & les freres des*

*Roys*

*Roys, pour le reſpect que l' on porte à leur pere: & principalement l' on obſerve en France, qu' on ne les fait iamais mourir de mort violente.*

(e) LOYSEAV *des Signeur. ch. 6. n. 50. ſeqq. En conſequence de la prerogative, que les Pairs de France ont, d' eſtre Conſeillers du Parlament, & qui Senator non eſt, de Senatore ſententiam ferre non debet, comme ordonne Alexandre Severe, dans Lampride; & auſſi, que par la loy commune de Fiefs, les Pairs de fief ſont ingés les uns par les autres; les Pairs de France ont ce privilege que les cauſes qui touchent, ou l' honneur de leurs perſonnes, ou l' eſtat de leurs Pairies, doiuent eſtre traictées au Parlement de Paris en premiere inſtance, privativément à tous Parlemens, & autres iurisdictions du Royaume inſtruites, & iugées, toutes les Chambres d' iceluy aſſemblées, ce qui eſt commun a tous les Conſeillers du Parlement; & encor (ce qui eſt particulier aux Pairs de France) appellés tous les autres Pairs eſtans lors à Paris; comme il eſt bien prouvé par du Tillet, qui diſcourt auſſi de la forme & ſolennité ancienne d' adiourneur les Pairs de France. Ce qui ſe faiſoit en vertu de Commiſſion du grand ſeau ſeulement, & non par le miniſtere d' un Sergent, ains de deux Gentilshommes ou d' un Iuge de province. Ce qui n' a lieu qu' es cauſes, où il va de leur honneur, ou de l' eſtat de leur Pairie; Car es autres cauſes la plus commune opinion eſt qu' ils plaident devant les Baillifs, ou Seneſchaux, ou bien aux Requeſtes du Palais, où ils ont leurs cauſes commiſes, comme Conſeillers du Parlement.*

(f) v. Liber ſub tit. *Stylus Curiæ Parlamenti P. I. c. 2.*

(g) TILLET au *Recueil des Roys de France Tit. des Pairs de France p. 261. La forme d' adiourner les Pairs de France eſt particuliere, & ſolennelle narrée és arreſts de Hugues de Roucy, du XII. May MCCCXLI. Mathieu Buynard le III. Iuillet MCCCLXII. & pluſieurs autres, que deux lettres patentes du Roy ſont neceſſaires. Par les unes, ledit Seigneur adiourne le Pair; par les autres, addreſſans à quelque perſonnage d' authorité maiſtre des requeſtes de le hoſtel, Conſeiller de Parlement, Bailly, Seneſchal, ou leurs Lieutenants; eſt mandé preſenter les premieres à la perſonne, au*

*domicile*

*domicile dudit Pair: & ſuffit s' il n' eſt au dedans ſe Pairie, parler à ſes officiers: Si le Pair eſt priſonnier, ne le faut adiourner. Celuy ou ceux, qui preſentent les lettres du Roy au Pair, doivent eſtre honorablement accompagnés, ſelon l' aduis du Roy, & ſon Conſeil, pour faire ladite preſentation. Ce que deſſus, doit eſtre entendu, quand il eſt queſtion de l' honneur, Perſonne, ou eſtat du Pair ou en cas d' appel interiecté ou Parlement, du iugé dudit Pair, qu' il ne peut deſaduoüer, & pour lequel il paye l' amende du mal-iugé, és autres cauſes non. Parquoy, ſi le iuge dudit Pair a cognu par delegation du Roy, ledit Pair en tel appel peut eſtre adiourne en Parlement, par une ſeule lettre & commune, ſans ladite ſolennité. E's matieres de complaincte, & nouvelleté, execution des lettres obligatoires, & autres quelconques inſtances intentées audit Parlement ſans appel, ſuffit une lettre, pourveu qu' il ne ſoit queſtion des honneur, perſonne, & Eſtat du Pair.*

(h) *Anciennement, la iuſtice, & iurisdiction du Conneſtable, & Mareſchaux de France, ſouloit eſtre exercée, où les Roys faiſoient leur reſidence: Et depuis l' eſtabliſſement de la Cour de Parlement à Paris, a eſte ladite iurisdiction eſtablie à la Table de Marbre; & leur à eſte donné par les Roys de France un ſeau des Armoiries du Conneſtable, & où il n'y avoit Conneſtable, du premier Mareſchal de France, dont ſont ſéellees les ſentences par eux, ou leurs Lieutenans, données, par lettres données à Melun le VI. Decembre MDLXVIII. Et portent les dites lettres, qu' il n'y aura autre ſeel à la Conneſtablie, & Mareſchauſſée de France, que celuy du Conneſtable, ou premier Mareſchall.* Add. MIRAVLMONT *en ſes Memoires Tit. Conneſtablie & Mareſchauſſée de France fol.* 100.

(i) Hoc Iudicium Edictum Henrici IV. de 1619. artic. V. ſequentibus confirmat: *Nous avons iuge neceſſaire, pour obvier à plus grandis, & perilleux accidens de permettre, comme par ces preſentes nous permettons, à toute perſonne, qui s' eſtimera offencee par un autre, en ſon honneur, & reputation, de s' en plaindre à nous, ou à nos très-chers & ames Couſins les Conneſtable & Mareſchaux de Fran-*

*France, nous demander, ou à eux, le combat, le quel leur ſera par nous accorde, ſelon que nous iugerons qu' il ſera neceſſaire pour leur honneur, & Artic. XVIII. dicitur: Qu' il appartient au Conneſtable, & Mareſchaux la cognoiſſance, & deciſion des contentions, debats, & querelles, qui concernent l' honneur & reputation des ſubiects du Roy.*

## §. VI.

In MAGNAE BRITANNIAE Regno quemadmodum Parlamentorum Iura ſunt eximia plane & ampliſſima; ita Proceres illius ſingulare obtinuerunt Privilegium, ut in cauſis, quæ *Famam & honorem* eorum tangunt ſolummodo *Seneſchalli* (a) & reliquorum Curiæ ſupremi Parlamenti Aſſeſſorum ſive *XII. Regni Iudicum* Iudicium agnoſcant cum reliquis, qui proximi ſunt a Rege & dignitate ſua & gentis ſuæ præ eunt ceteris. (b) A Parium autem ſententia, quæ *Veredictum* nominatur *Parium*, (c) adpellare haud licet. (d) Præterea in *Aula Alba den Withal Maioratum Domus* ſive Iudicium *Lord Steward of the Kings Houshold* fundatum video. Eſt enim ibi Camera, in qua Menſa quædam cum auleo illo viridi *the Grenloth, le Tapit verd, der grüne Teppicht* ornata, ad quam Lord Steward & Iudices Curiales in Iudicio ſedent, & Miniſtrorum Controverſias decidunt. Hoc Aulæum, in quod clavis & baculus aureis filis intexti, huic Iudicio in ſignum Iurisdictionis aulicæ perpetuum a Rege quaſi datum ac conſtitutum eſt. Wich is a Court of Iuſtice continual ſitting in the Kingshouſe. (e) Huc etiam referendam puto decantatam illam Arturii *Tabulam Rotundam*, quam hunc in finem eſſe inſtitutam referunt Angliæ Scriptores (f) ut iſte Rex quatuor ſupra viginti Athletas inſignibus Equeſtris Ordinis nobilitaret, qui fama vir-

tutis

tutisque gloria inclaruerunt, &, ut prærogativa eorum præ aliis conſpiceretur, lites inter ipſos ortæ Autore compoſitæ fuerunt Rege.

(a) FLETA ſ. *Commentarius Iuris Anglicani* ex editione IO. SELDENI *L. II. c. 2. §. 1. Seneſcallus autem ex efficio ſibi commiſſo poteſtatem habet omnes* INIVRIAS, *omnesque actiones perſonales per inventionem plegii de proſequendo, conquerentibus plenam iuſtitiam exhibere, nullo eſſonio allocato it. §. 2. ſeqq. In Legibus Henrici I. c. 7. 33. 42. dicitur : Dapiferum Regis aut Baronum Iudicii præſidentem eſſe.*

*Comites vel Barones non amerciabantur niſi per Pares ſuos & ſecundum modum delicti, & hoc per Barones de Scacario vel coram ipſo Rege, ut autor eſt Bracton.* Horum autoritatem & Prærogativam plenius prædicat Niger Liber SCACARII *parte I. c. 4.*

LEGES MALCOLMI *II. c. VI.* apud IOA. SKENAEVM Maieſtate Scotica *& quod omnes transgreſſiones factæ ſub virga Mareſchalli Domini Regis videlicet infra XII. Leucas debent determinari in Curia Domini Regis coram prædictis Mareſchallo & conſtabulario, & ſecundum quantitatem delicti debent puniri.*

(b) *von* FRANCKENBERG *in Europæiſchen Herold* P. II. p. 191. a. 1. ita dicit: *Ob er nun ſchon der einige, und hœchſte Richter iſt, ſo erſuchet er doch die XII. Richter des Kœnigreiches dem Gerichte beyzuwohnen,* & p. 197. *Im Fall des Hoch-Verraths oder andrer ietzgedachten Verbrechen kan man wieder einen Edelmann nirgends als vor den Pairs verfahren.*

(c) p. 201. ib. *Die Lords haben die Freyheit, daß ſie allein von denen Gliedern des Ober-Parlaments, und dem groſſen Seneſchalln von Engelland gerichtet werden kœnnen, welches man* VEREDICTVM PARIVM *nennet.*

(d) IOA. SKENAEI *Regia Maieſtate Scotiæ L. III. cap. 23. n. 3. p. 84. ſolet autem multoties aliqua Curia ſummoneri, quod habeat recordum alicuius loquele Coram Domino Rege vel eius Iuſtitiario: licet inde habeat recordum, cui contradici non poſſit. Quia ex conſenſu Partium poterit ipſa loquela per ipſum Recordum procedere, ſi recordum tale eſſe conceſſerint.*

(e) Confer. EDVARD. CHAMBERLAYNE in *Not. Angl. Orth*[e] *Preſ. State of Engl Tom. I. c.* 12.

(f) THOMAS WALSINGHAMVS *Hiſt. Anglicæ p.* 49. Ei. *Hypodigma Neuſtriæ vel Normaniæ p.* 515. ex Bibliotheca GVILIELMI CAMBDENI.

(g) v. CHRONICI *Chronicorum Eccleſiaſtici Lib. II. p.* 129. ibique allegata. DANIELIS LANGHORNII CHRONICVM *Reg. Angl. p.* 25. *ſeqq.*

## §. VII.

In DANIAE REGNO diverſis proceres atque ſtatus gaviſi ſunt prærogativis, ſed poſtquam ſenſim introducta fuiſſet Monarchia, eademque poſtmodum per Legem Pragmaticam confirmata, libertate veluti ſepulta, nihil fere ipſis eſt relictum. Facta enim a. 1660. Status publici Metamorphoſi, pro REGNI MAGISTRO, qui caput olim Nobilitatis Iurisdictionem in Nobiles circa eorum *Famam* & *Honorem* exercuit (a) Regni primarius Miniſter exiſtit, auctore Rege, ARCHICANCELLARIVS. (b) In AVLA vero adhuc primarium occupat Iuris dicendi locum Magiſtratus Aulæ cum Mareſchallatu. (c)

(a) v. REMPVBLICAM DANICAM *ex officina Elzeviriana c. VI* *pag.* 269. SPRENGERI *Iuris prudentiam Publicam Lib. I. c.* 12. quem ideo recte nominavit Senatorum Principem CAROLVS SCHARSCHMID *in Notis ad Exercit. IX. Vol. I. Colleg. Publici. de Statu R. R. I.* SINOLDI SCHüTZII *Th. I.*

(b) *Die Kœnigl. Dæniſche publicirte Hoff-Ordnung in Continuat. XLIV.* DIARII EVROPAEI.

(c) PHILIPPVS ANDREAS OLDENBVRGERVS in *Theſauro Rerum Publicarum P. II. §. 9. p.* 281.

## §. VIII.

Nobiles inter & eminentiores in REGNO SVECORVM officiales refertur REGNI MARESCHALLVS,

LVS, Senatorio ordine honoratus, cuius munus eſt, Aulam Regis dirigere, & in Miniſtros Regiæ Maieſtatis circa *lites*, quæ *Famam* & *Honorem* tangunt, Iurisdictionem exercere, (a) nam reliqua in Comitiis Regni componuntur. Aſſeſſores eius ſunt Camerarii. (b) Abſentis Regni Mareſchalli ſuſtinet vices Aulæ Mareſchallus, ordinarie autem ille in Regia præſens erit.

(a) v. rariſſima MICHAELIS WEXIONII alias GYLLENSTOLPI *Politica ad modernum Imperii Sueco-Gothici Statum accommodata Diſp. VII. p.* 241. 242.

(b) v. *Hiſtoriſche und Politiſche Beſchreibung des Kœnigreichs Schweden. P. I. c. IX. p.* 393.

(c) v. *Formam Regiminis p.* 18.

## §. IX.

Copioſa SARMATIAE NOBILITAS, multas & magnas habet Prærogativas, quæ partim Regum & Principum munificentia firmata ſunt, partim moribus & inſtitutis invaluere. Enim vero teſte CROMERO: (a) *de Equitis capite & fama non niſi in Comitiis Rex cum Senatu iudicat.* Huc etiam referri poſſunt IVDICIA MARSCHALCALIA, quæ exercet Mareſchallus ſupremus (b) & in eius abſentia Mareſchallus Curiae in omnes Aulae Miniſtros. (c) Eorum enim controuerſiae, quae ad *iniuriam Perſonae* in primis tam Regis, quam Senatorum in Aula regia degentium pertinent, ſpectant ad Iurisdictionem Mareſchalci. (d)

(a) *Lib. II. Poloniae.* Idem fere confirmat SIMON STAROVOLSCIVS eleganti & utili de *Polonia* libello *pag.* 238. *Edit. Dantiſcanae*, ita exponens: *Fraudem facere, promiſſum fallere, peierare, mentiri, probroſum & infame eſt: Et ſi quid eiuscemodi in probri loco cuiquam obiiciatur, praeſertim* AB EIVSDEM ORDINIS

DINIS VIRO, *non tam Legibus & Magiſtratuum Iudicio, quam ferro manuque vindicatur. Cum autem Rex & actiones Nobilium per appellationem ad Iudicium devolutas, expedire ob occupationes, quæ illi ſemper maxime, non usque quoque potuiſſet, conſultum illi eſſe volentes Iuſtitiæ & rebus ſuis, eam Iudiciorum formam, non ita pridem adinvenerunt, quæ alibi Parlamentorum eſt, apud nos* TRIBVNAL *appellatur: quo ſingulis annis, ex ſingulis provinciis omnium conſenſu viri e* NOBILITATE PRAECIPVA *eliguntur, & ad loca perpetuo deſtinata mittuntur, ut cauſarum differentias ſecundum Leges & ſtatuta decidant. Quod cum ſit ultimæ inſtantiæ, provocatio ab eo non datur, niſi ex paritate ſententiarum cauſa aliquæ remittatur ad Comitia Regi & Senatui diſcutienda atque determinanda.*

(b) IACOBI PRILVSII *Leges & Statuta Regni Polonici fol.* 197.

(c) *Negociorum ac litium in Curia incidentium Iudices ſive Arbitri ſunt Duellique iuſſu Regis committendi, aut dirimendi habent facultatem. Vt ſcandala & exceſſus aut moderentur, aut eliminent, aut emendent animadverſione iuxta meritum aut demeritum adhibita.* vid. PRILVSIVS *l. c. fol.* 196. 197.

(d) Conf. PACTA CONVENTA Iohannis III. §. *Dworſtanowi Naszemu.* VLADISLAVS in Conſt. A. 1646. fol. 3. HARTKNOCHIVS *de Re-publica Polonica c. VII.* §. 52.

## §. X.

REGNI VNGARICI præcipua dignitas eſt *Palatini*, qui poſt Regem non ſolum Iudex omnium ſupremus diſcordias & differentias *famam honoremque* tangentes Procerum Pannoniæ, ſed & ipſius Regis ex conventione mutua componit. (a) De capite vero Nobilium idque ex Privilegio Andreae II. (b) non ſine *conſcientia Regis* iudicat. Illum in Aula Regis Vngarici excipit *Comes Curiæ* ſeu *Propalatinus*. (c) Proceres inter Curiæ Vngaricæ primarius, qui familiam Principis cum reliquis Aulæ

Præ-

Præfectis iudicat (d) & cum noſtris convenit Aulæ Mareſchallis, (e) alias dicitur le Grand Maitre de L' Hottel (f) item *der Hoff-Richter.* (g) Præter ea Iurisdictionem Iudicium Nobilium ſive Comitis Parochialis & Vice Comitis, (h) qui ex celebri Proſapia in quolibet Comitatu ex conceſſione Principis & conſenſu Nobilium eliguntur, reperio, (i) qui verbis aut factis iniuriam perpeſſis litteris regalibus, quærimonialibus, & præceptoriis impetratis ſubveniunt. (k)

(a) v. *Artic. Pronunciat. de Offic. Palatinatus de anno* 1484. per Mathiam Reg. apud STEPHANVM VERBöCZIVM *Opere Tripartito* Artic. V. ſic ſtatutum: *quod ſi quæ differentiæ ſive ſeditiones aut aliæ Controverſiæ inter Regnicolas forte contingerent, Palatinus autoritate Officii providere illasque ſedare & complanare, ac nocentes iuxta demerita punire, nec non commiſſa emendare & rectificare debet.* it. *l. c. Artic. VI. quod ſi quando differentiam ſive diſcordiam inter Regem & Regnum oriri forte contingeret, Palatinus ex officio debet eſſe Mediator & ſe interponere, atque illos adhibita omni diligentia, cura, ſtudio, & ſollicitudine fideliter componere.*

(b) Artic. IIX. de anno MCCXXII. ſic ſancitum: *Palatinus omnes homines Regni noſtri indifferenter diſcutiat, ſed cauſam* NOBILIVM, *quæ ad perditionem capitis, vel ad deſtructionem poſſeſſionum pertinet, ſine conſcientia Regis terminare non poſſit.*

(c) Poſt Palatinatum eſt proximus Magiſtratus, qui appellatur Iudex Curiæ v. OLDENBVRGER l. c. P. IV. Theſ. LXXX.

(d) v. IO. FERDINANDVS BEHAMB in *Notitia Vngariæ antiqu. modern cap. de forma Reipubl.* §. 151, *p.* 238. DECRETVM Andreae II. *Artic. IX.*

(e) OLDENBVRGER l. c. ille portat gladium quaſi Archi-Mareſchallus.

(f) En la *Deſcript. des Eſtats Emp. & Princ. du Mynd. Tit. du Royaume d' Hongr.* §. 15.

(g) FRAN.

(g) FRANCKENBERG in *Europ. Herold. P. II. p.* 406.
(h) *Artic. V. Decreti Andreae II.* ap. VERBOECZIVM.
(i) DECRETVM VI. Matthiae Reg. de a. 1486. *Artic. IX.*
(k) SIGISMVNDI Imperat. *Decret. V. a.* 1405. *Artic. II. & VI.* apud VERBOECZIVM iam excitatum.

§ XI.

Omnium in REGNO BOHEMIAE Iudiciorum praeſtantia & dignitate ſupremum eſt Iudicium, quod *Maius* vocatur, vulgo *Sand Zemsky VViezſſi.* Sedent in illo Rex in ſolio regio trabeatus, vel hoc deficiente, Regni Gubernator, aut quoties neque Rex neque Gubernator intereſt, in ipſo ſolio gerens Maieſtatis inſigne, Virgam, Burggrauius Regni ſupremus, cincti ab latere utroque Proceribus, & magno Regni Bohemiae Senatu. Magnum hunc olim Senatum conſtituebant Barones tantum. (a) Sed Lege & Diplomate 1487. Georgii & Vladiſlai in ordinem hunc allecti fuerunt Equites aliquot, quorum Ordo antehac pro patria arma ferre iubebatur. Aſſeſſores huius Archi Dicaſterii officii nomine expreſſi, & ſeſſionis in hoc Iudicio habendae ex M. PAVLI STRANSKY Republica Boiema melius cognoſci poſſunt. Coram hoc Iudicio etiam praeter alia negotia, cauſae, quae ad *Famam, & Honorem* Optimatum & Nobilium pertinent, diſceptantur, & cognoſcuntur. (b) Ab huius Iudicii Senatus Conſulto nullo modo per Leges recedi poteſt. ARCHIMARESCHALLATVS in Bohemia TERRESTRIS tantae etiam eſt dignitatis, ut ſe eius cognitioni quicunque Miniſtri Regis, & Aulae familiares in Ius vocati ſiſtere, & in hoc foro Ius accipere tenentur. (c)

(a) Hi enim ſoli erant Patriae Patres & Primores.

(b) Hoc

(b) Hoc teſtatur STRANSKY *Lib. cit. c. XVI. §. VI. Vendicant autem Leges Tribunali huic ſoli cognitionem de* NOBILIS *cuiusque Capite*, FAMA, *& fortunis hereditatibusque, & de* INIVRIIS *contumeliæ atrocis.*

(c) STRANSKY *l. c. c. XIV. §. 3.*

## §. XII.

Noſtris temporibus FRIDERICVS Sapiens, primus BORVSSORVM Rex eo ipſo die XVIII. Ianuarii MDCCI. quo Diadema, Dignitatem & Titulum Monarchiæ Gentis Boruſſicæ ſumſit Ordinem Equeſtrem Aquilæ Nigræ inſtituit, Eiuſtemque Equites XXX. numero ante ordinationem Quatuor ſuos Maiores probare (a) & ad Statuta Ordinis iurare præcepit. Huic Ordini Equeſtri *Iudicium* addidit *Heroicum*, cuius Præſes ac Aſſeſſores (b) una cum reliquis Sociis de Iniuriis ſibi invicem & Ordini illatis cognoſcunt, & Reo ſententiam dicunt. (c)

(a) STATVTIS *Regii Boruſſici Ordinis Magnæ Aquilæ Nigræ* §. VI. *Ehe ſie noch einige Ordens-Zeichen bekommen, mueſſen ſie ſich durch Beybringung und Beweiß der auf ſie abſtammenden Acht Ahnen, vier von der Væterlichen, und vier von der Muetterlichen Seite darzu fæhig machen.* §. XXXIV. *Es ſoll auch der Ordens-Secretarius wegen der Ahnen, und Wapen, ſo ein ieder Ritter zu der Ordens Regiſtratur einſchiken muß, und daß dieſelbe in gehœriger Form eingerichtet werden, Sorge tragen und deshalb bey dem Ordens-Canzler nœthige Erinnerung thun.*

(b) Qui ſunt Cancellarius, Director Ceremoniarum, Theſaurarius, Secretarius, duo Caduceatores. §. XXXII.

(c) §. XXXV. *Dafern auch ueber alles Vermuthen einer oder der andre von den Rittern dieſes Ordens ſich dergeſtalt vergeſſen, und uebel verhalten ſolte, daß er dem ganzen Orden ein Aergerniß, und Schand-Fleck wuerde; So ſoll darueber ebenfalls von einen geſamten*

Ordens - Capitul geurtheilet, dem Verbrecher gehœrige Straffe zuerkannt, und geſtallten Sachen nach, bis zu wuercklicher Abnehmung des Ordens geſchritten, abſonderlich aber dieienige in den Orden nicht gedultet, ſondern deſſen wieder beraubet werden. Conf. IMHOFII Notitia Procerum Lib. II. c. VIII. edit. noviſſ. Die Preußiſche Crœnungs - Geſchichten. Der aufgefangenen Brieffe 3ten Ravage V. Paquet, ACTA LITTERARIA Hamburgenſia, Menſe Martio 1705.

## CAPVT TERTIVM
### DE
# IVDICIIS HEROICIS GERMANIAE
### PROVINCIARVM.

*§. I. Iudicium Principum das Fürſten-Recht. §. II. Mareſchallatus Auſtriæ Provincialis. Supremus Duellorum ſive Certaminum Equeſtrium Iudex. §. III. Iudicium Nobilitatis Immediatæ ſive Heroicum in Suevia. §. IV. V. VI. Iudicia in Franconia, Terris Rhenenſibus, & in Inferiori Alſatia, Heroica. §. VII. Iudicium Ordinis Weiſſenfelſenſis de la Noble Paſſion, Heroicum. §. IIX. Iudicium Sileſiarum Heroicum.*

### §. I.

Peragratis iam, tantum non omnibus Europæ regionibus, in GERMANIAM noſtram devenio, de Iudiciis Heroicis huius Provinciarum breviter ſtrictimque quædam expoſiturus. Singulare & antiquum Ius & Privilegium eſſe *Iudicium Principum, das Fürſten Recht*, nemo ſane eſt qui negat. Id enim Electoribus & ſtatibus Imperii ab antiquo competit, quo nimirum illi in cauſis ad ipſorum

rum dignitatem, *famam* ac *exiſtimationem* pertinentibus non niſi per comparis dignitatis Primates, tanquam per Aſſeſſores, neutiquam vero per ſolum Imperatorem iudicari poſſunt. (a) Quod iudicium non ſolum perpetua conſuetudine, Receſſibus Imperii, (b) ſed & Capitulationibus Imperatorum noviſſimis, (c) eſt confirmatum, & a Statibus (d) imo ab ipſis Auguſtiſſimis (e) obſervatum. In hiſce igitur controverſiis Imperator primum de amicabili compoſitione eſt ſollicitus, (f) hac vero a Partibus recuſata, convocato Principum Imperii concilio, cognoſcit, & ſententiam pronunciat. In Ius Vocatio, ab antiquiſſimis temporibus, ternis fiebat vicibus & quidem prima per Principem vel ſpiritualis, vel ſecularis ordinis; ſecunda & tertia vero per Comitem, Baronem, aut Nobilem. Si in Ius vocatus præfixo termino non comparuiſſet, nihilominus per viam Iuris contra illum procedebatur (g) qui modus Iudicialis, his ſolennitatibus obſervatis, hodie caſu exiſtente, adhuc obtinere debet.

(a) CASSANDER THVCELIVS *Electis Iur. Publ. Curioſis Part. I.* AVCTOR *der Donawerthiſchen Information de a.* 1610. *P. I. p.* 14. *&* *P. II. p.* 256. *n.* 10. IVSTVS GEORG. SCHOTTELIVS *de ſingularibus & antiquis Germanorum Iuribus c. V.* 10. STRAVCH. *Diſſert. Iur. Publ. Exoter. III. Theſ.* 9. Illuſtris PRAESIDIS *Syntagm. Iur. Publici c. XXIV.* §. *VI.*

(b) *Reichs - Abſchied zu Nœrdlingen de a.* 1466. §. *daß alle Lehn &c. Paſſauiſcher Vertrag de a.* 1552. §. *Es ſollen auch in der Streit-Sache &c.*

(c) LEOPOLDI *Artic.* 39. IOSEPHI *Articul.* 3. CAROLI VI. *Artic. XI. XX.*

(d) Demonſtrant id Litteræ Inſtructoriæ HENRICI Ducis Boiorum ad ſuos in Aula Cæſarea apud THVCELIVM *p.* 31. Sic Landgravius Haſſiæ Philippus Magnanimus effecit, ut tale Iudi-

cium per ſupradictam Transactionem Paſſavienſem confirmaretur.

(e) Exhibet GOLDASTVS *in Reichs-Sazung P. II. p.* 155. Reſcriptum Friderici III. in quo Ius Principum confirmat.

(f) ALBERTI KRANZII *Saxonia Lib. VI. c.* 9.

(g) Proſtant apud GOLDASTVM *in Reichs-Sazung. P. II. p.* 102. Leges Sigismundi Imperatoris, Electorum, & Principum de reciproca in Ius vocatione.

## §. II.

Inter *Provincialia Germaniæ Iudicia Heroica* Germanicorum hodie Regionum Principis, ponimus AVSTRIACA. Quorſum in primis pertinet Auſtriæ Inferioris *Mareſchallatus Provincialis*, (a) ad quem omni tempore, Proceres ex Dynaſtarum ordine fuerunt admoti. Vices Mareſchalli qui plane diverſam a reliquis Iudiciis Iurisdictionem habet, quæ ſe in Dominos Auſtriæ extendit *über der Ritter, und Standes-Perſonen Ehren und Würde*, (b) ſubit Sub-Mareſchallus, qui itidem ex Equeſtri Ordine vi privilegiorum, Sereniſſimorum Archi-Ducum eligi ſolet. Imo ad hoc Iudicium, Civitatenſe Cæſareum Viennenſe *das Stadt-Gericht zu Wien* in cognitione cauſarum, Iniuriarum, & Furti reſpicere debet. (c) Adhæc in Auſtria olim reperiebatur ſupremus Duellorum, ſive Certaminum Equeſtrium Iudex, cui cum reliquis ſuis Coniudicibus cura horum negociorum, caſu exiſtente, commiſſa erat, & de illis Ius dicebant, quod officium vocabatur *das Kampff-Recht.* (d)

(a) v. Illuſtriſſimi Comitis de WVRMBRAND *Collectanea Genealogico-Hiſtorica Auſtriæ c. IV. p.* 257.

(b) Doctiſſimus Luſatiæ Eques ADOLPHVS AVGVSTVS ab HAVGWIZ *Tr. de Regni & Aulæ Mareſchallis c. VI. p.* 296. ZEILLERVS *in Topographia Auſtriæ fol.* 46. WOLFGANGVS LAZIVS *L. XII. Comment. Reip. Rom. Sect. III. c.* 7. OLDENBVRGERVS *Parte IV. §. XV. p.* 680.

(c) An-

(c) Annotante OLDENBVRGERO *Theſauro Rerum publicar. p.* 68.

(d) Vide excitata iam COLLECTANEA AVSTRIACA ibique adducta Diplomata Alberti Ducis Auſtriæ c. XIX.

## §. III.

*Nobilitatis Immediatæ*, quæ in *Sueviæ Franconiæque* Circulis & ad *Rheni* fluenta ſedes ſuas occupavit, quemadmodum Iura ſunt eximia; ita & Iudiciorum, quæ inter ipſam obtinent, ſingularis eſt ratio, conſuetudine introducta, Cæſarumque Auguſtorum dein privilegiis communita. Quod dum conſidero, peropportune occurrit mihi Iudicium ſingulare quinque Circulorum Nobilitatis Immediatæ in SVEVIA. Huius enim Provinciæ ordo Equeſtris ex Privilegio & Compromiſſo, (a) Senatum ex Directore, Adſeſſoribus & quibusdam Officialibus conſtantem, in quolibet Circulo, (*Ritter-Ort*) quotannis bis, una vice vero tantum coniunctim & ſimul communi ſumtu convocat, (b) & caſu exiſtente etiam conſtituit *Iudicium Heroicum*, quando nimirum diſſidia, rixæ, & contentiones circa *famam*, *& honorem* inter Membra oriuntur. (c) Si vero Partes ſe deciſo huius Iudicii Heroici gravatos eſſe putant, conceditur Appellatio ad totius Ordinis Equeſtris Comitia, a quorum iudicato ad alia confugere non licet. (d)

(a) CASPAR a LERCH Libro *de Ordine Equeſtri Germanico*, *Cæſareo*, *Bellico*, *Politico*. Id quod & Ordinationes ac Statuta Equeſtria pluribus confirmant.

(b) *In der Ritter-Ordnung der freyen Reichs-Ritterſchafft der Fuenff Theil im Land zu Schwaben aufgerichtet im Jahr* 1560. Cui annexa eſt Confirmatio Imper. Ferdinandi I. de ao. 1561. Artic. XXXII. in Ampliſſimi LVNIGII *Teutſchen Reichs-Archivs* Partis Specialis Continuat. III. *erſten Abſaz p.* 46.

(c) l. c. Art. XX. *Damit alle beſchwerliche Rechtfertigungen, Spænn,*



*Irrun-*

*Irrungen und Wiederwillen, ſo zwiſchen unſer etlichen ſchweben.* In ſequenti Articulo XXII. id expreſſe continetur: Si quis tale quid audiat, quod in iniuriam vel ſingulorum Membrorum, vel totius Ordinis vergeret, hoc Iudicio denunciaret, vid. pluribus *die proiectirte neue Ritter-Ordnung der freyen Reichs-Ritterſchafft in Schwaben de a.* 1653. *Art. XII.* apud Dn. LVNIGIVM *l. c. p.* 100.

(d) iuxta Articulum XX.

## §. IV.

Sic quoque Equites *Franconiæ*, ut ſe ſuosque plurimis in rebus ab aliis liberarent Iudiciis, in cauſis quæ *famæ & honori* Membrorum aliquid adimunt, ordinarunt ſibi *Iudicium Heroicum*, (a) quod itidem Directore & tribus Aſſeſſoribus, nonnulliſque gaudet officialibus, (b) & quotannis trina habetur vice. Coram hoc Iudicio infamatus ſi præſens ſit, ſtatim ipſe, (c) ſi vero abſens fuerit, Membra, quæ iniurias alteri factas audiverunt, denunciant. (d) Deinde infamato imponitur, ut ad Famam ſuam tuendam vel viam Iuris capeſſat, vel alia ratione cum infamante reconciliationem quærat. (e) Si vero iniurias illatas haud vindicaverit, ab omni excluditur communione. (f) Re vero poſtulante ad univerſum Equeſtre provocatur Concilium, a quo non tamen facile ad ſuprema Imperii Iudicia datur adpellatio. (g)

(a) Conf. *Ritter-und Raths-Ordnund der freyen Reichs-Ritterſchafft in Francken, im Iahr* 1590. *aufgerichtet, nebſt Keyſers Ferdinandi III. Confirmation de a.* 1682. *wie auch einen aus der Ritterſchafft Receſſen gezogenen, und an ſtatt eines Supplementi dieſer Ordnung dienenden Anhange* apud LVNIGIVN l. c. It. pag. 15. *des zweyten Abſatzes XIV. Titul: Daß abſonderlich beſchwerliche Schmach-Hændel zu vermeiden, und wie ſelbigen zu begegnen* l. c. pag. 22. Add. *Extract Gebuerg-Ortes-Receſſus aufgerichtet zu Culmbach d.* 16. *Sept.* 1651. *Iniurien-Weſen, wie das abzuthun. l. c. pag.* 218. *Ex-*

*Extract. Gebuerg-Ortes-Receſſus aufgerichtet zu Bamberg d.* 20. *Iul.* 1660. *Iniurien und Duell betreffend l. c. p.* 219.

(b) Conf. *Die Ritter-und Raths-Ordnung* P. II. Tit. I. ap. LVNIG l. c. pag. 24.

(c) Etenim ad defenſionem Famæ & honoris vi compromiſſi compellitur, ſi forſan quibusdam ex cauſis iniurias ſibi illatas negligere velit. *cit. Tit. XIV. Part. I.*

(d) vel ipſi infamato, vel ſuis amicis, vel Directori Circuli ſui.

(e) ita tamen, ut neque Ordini Equeſtri, neque familiæ ſuæ his quodam modo præiudicetur c. l.

(f) hic tanquam confeſſus & conuictus non prius admittitur, quam ſi Famæ & honoris reſtitutionem legitime adipiſcatur c. l.

(g) Conf. *Gerichts-Ordnung der freyen Reichs-Ritterſchafft in Francken, Orths Steigerwald de a.* 1673. *Tit. II. Was fuer Sachen fuer dieſen Ritterlichen Austrag fuergenommen, und gerechtfertigt werden koennen* apud LVNIGIVM *l. c. pag.* 74.

## §. V.

Eadem inſtituta ad ſervandum antiquiſſimi Ordinis decus facientia placuerunt *S. R. I. ad Rhenum Equitibus* gloria maiorum ſuisque meritis conſpicuis, qui unanimi votorum conſenſu *Senatum* ordinarunt *Equeſtrem*, (a) qui ſaluti publicæ & privatæ conſervandæ, in primis diſcordiis, quæ Equeſtria inter membra oriuntur, ſecundum præſcriptam ordinationem ſopiendis invigilaret. (b) Nam ſi quis Nobilium in *honore & fama* læditur ſua, ipſi ſi præſens eſt æque ac in Franconia, ſive amicis eo abſente, iniuria denunciatur, (c) ut pro rerum circumſtantiis gloriam Maiorum ad ſe transmiſſam, vel coram Directore & Aſſeſſoribus defendat; vel Proceſſu aut ordinario, aut ſummario, aut transactione recuperare ſtudeat. (d) Probris adfectus iniurias ſibi illatas negligens Iudicio Equeſtri condemnatur. (e) Quando vero Iudicio Circulari Equeſtri gravatum ſe eſſe putat,

putat, tunc vel ad Concilium Equeſtre Vniverſum, vel ad Iudicia Imperii ſumma cauſſa transfertur. (f)

(a) Compara ap. LVNIGIVM *l. c. im dritten Abſatz pag.* 3. *Die Brüderliche Verein - und Verſtændniß ſo die freye Reichs-Ritterſchafft am Rheinſtrom zu Beobachtung guter Policey, und Handhabung des Land-Friedens im Iahr* 1522. *zu Landau unter ſich aufgerichtet.*

(b) Conf. *der freyen Reichs - Ritterſchafft am Rheinſtrom, in der Wetterau und zugehœrigen Orten Raths - Satz - und Ordnung de a.* 1652. *nebſt Keyſers Leopoldi Confirmation de a.* 1663 ARCHIVO *l. citato p.* 36.

(c) Tit. XIII. *Daß ſonderlich beſchwerliche Schmæh-Hændel zu vermeiden, und wie ſelbigen zu begegnen. l. c. pag.* 41.

(d) *In der Raths-Satz und Ordnung Tit. XI. daß unnœthige Gezæuck zu verhueten, oder deme iedoch ſchleunig abzuhelffen.* l. c.

(e) Communi conſenſu in Comitiis Illuſtribus condemnatur, & ab omni arcetur conſortio *c. T.*

(f) iuxta *l. c. Tit XII.*

## §. VI.

Nobiles *Alſatiæ Inferioris Immediati* in conſeruandis Iuribus reliquorum Equeſtrium Ordinum æmuli & imitatores, ne Immedietati ſuæ aliquod præiudicium adferatur *Iudicium*, quod tam in perſonalibus, quam in realibus cognoſceret & iudicaret unanimiter ordinarunt. (a) Coram quo Iudicio, quod Directore & Aſſeſſoribus, ſecundum rerum circumſtantias electis, & conſeſſus agentibus, conſtat, etiam cauſæ, quæ ad *Statum Nobilitatis*, vel eius Iura pertinent, tractantur, ne neceſſe habeant in detrimentum Libertatis ſuæ, ſe coram alio ſiſtere iudice. (b) Quod ſi vero nec a Senatu Circulari, nec ab univerſis, Comitiis Equeſtribus lites componi poſſint, adpellabatur olim ad Iudicia Imperii ſuprema, nunc vero facta ſtatus metamorphoſi, ad Regem Galliarum.

(a) Vid.

(a) Vid. *Vollmacht, welche die freye Reichs - Ritterſchafft im Vnter - Elſaß ihrem Directori, Ræthen und Ausſchuß in Gerichts - Sachen geben de a.* 1606. apud LVNIGIVM, *l. c. pag.* 4. *im vierten Abſatz.*

(b) *Keyſers Matthiæ Privilegium vor die freye Reichs - Ritterſchafft im Elſaß ſowohl wegen der Adelichen Güter, als auch die Befreyung von Perſonal - und Real - Arreſten de a.* 1614. *nebſt Keyſers Ferdinandi II. Confirmation de a.* 1626. apud LVNIGIVM *Libr. cit. Part. Spec. Continuat. I. pag.* 46. *Der frey - ohnmittelbaren Reichs-Ritterſchafft im Vntern - Elſaß Adeliche Ritter - Ordnung de a.* 1651. *nebſt Keyſers Ferdinandi III. Confirmation de a.* 1652. in LVNIGII *Teutſchen Reichs - Archivs Part. Spec. Continuat. III. Vierten Abſatzes pag.* 8. *Tit. XII. ſeqq.* LVNIG *l. c. pag.* 12.

## §. VII.

Sereniſſimus Dux Saxoniæ Lineæ Albertinæ Weiſſenfelſenſis IOANNES GEORGIVS cum MDCCIV. die 24. Iunii ſingulari ex gratia Ordinem *de la Noble Paſſion* inſtitueret Equeſtrem, atque paucis quidem, ſed genere meritisque illuſtribus Viris eiusdem inſignia concederet, (a) inſimul ſolennia Conſeſſus quotannis die S. Iohannis Baptiſtæ celebranda ordinavit, (b) ubi non ſolum ſigna Ordinis Equitibus, prævia probatione IV. Maiorum concedebantur, (c) ſed cauſæ etiam controverſæ ad Statum Nobilitatis, cuiuscunque ſint generis pertinentes, a Directore Ordinis i. e. Principe & Adſeſſoribus dirimebantur. (d)

(a) v. Statuta Ordin. de la Noble Paſſion in doctiſſimi Viri CHRISTIANI GRYPHII *Entwurff der Geiſt - und Weltlichen Ritter-Orden pag.* 434.



(b) Sta-

(b) Statuta §. XII. *das Feſt dieſer preiſswuerdigen Societæt wird iæhrlich auf den Iohannis - Tag gehalten, allda alle anweſende Ordens - Glieder, in blauer mit Gold chamarirter Kleidung bey Hoffe erſcheinen, und nebſt uns dem Oberhaupt, den Gottes - Dienſt abwarten, auch nachgehends von des Ordens Aufnehmen und Beſten mit uns zu ſprechen befugt ſeyn ſollen.*

(c) §. XIII. l. c. *Sigilla gentilitia Quatuor Maiorum Secretario Ordinis unusquisque tradere tenetur.*

(d) §. XV. l. c. *Im Fall unter zweyen oder mehrern Geſellſchafftern dieſes Ordens ueber Vermuthen einige Misverſtændniſſe entſtuenden, ſollen dieſelbe durch der Societæt Oberhaupt mit Zuziehung einiger Ordens - Verwandten beygeleget werden, bey welchen Ausſpruch die Intereſſenten es bewenden zu laſſen gehalten ſeyn ſollen.*

## §. VIII.

Cum autem rariora ſint in ceteris Germaniæ provinciis *Iudiciorum Heroicorum* veſtigia, ſummo licet ſtudio, in ſingularibus eorundem monimentis annalibusque a me perquiſita, pedem ad VTRIVSQVE SILESIAE Principatus Patriæ meæ vicinos lætus promoveo, lætiusque ſingulare illud *Ius Iudiciumque Equeſtre*, *das Schleſiſche Ritter- und Ehren-Gerichte* commemoro, quod Equitibus Nobilibus clariſſimæ huius Provinciæ Togæ Sagique artibus & meritis illuſtribus, ab antiquis temporibus, (a) conſenſu & auctoritate Principum ſuorum conceſſum fuit & confirmatum. Cum autem iuſſu & voluntate Ordinum Sileſiæ commemorabilis huius Iudicii momenta luculento expoſuerit ſcripto (b) Generoſiſſimus Vir GEORGIVS a WENTZKHY & PETERSCHEYDA Sereniſſimi Principis Liegnicenſis & Brigenſis Conſiliarius, breviter ſaltim ſummatimque indicandum hic duxi, agi hoc in *Iudicio*

*dicio Equeſtri & Honorario* de cauſis probationem quatuor Maiorum; Iniuriisque Genti, ſeu Perſonæ Equitis Nobilis illatis. Summa proceſſus capita in eo conſiſtunt: ut prius quam ad Iudicium perveniatur literæ ſigno gentilitio munitæ, quibus verba Iniuriæ, locus, & tempus, exprimuntur, per tres aeque Nobiles transmittuntur. (c) His vel affirmative vel negative reſpondet quæſitus: Sin prius; ad *Iudicium Equeſtre* & Ius optionia Iudicis provocatur. (d) Iudex electus, qui non niſi perſona illuſtris vel princeps eſſe poteſt, citationem emittit. (e) Quo facto, Iudicium Heroicum lectis quatuordecim Viris Equeſtribus conſtituitur, quorum unus Mareſchalli, alter Cancellarii munia ſubit, qui ſe invicem initio Seſſionis iureiurando obſtringunt eam in ſententiam, ſe velle ſecundum Iura & conſuetudines iudicare. (f) Inde ſolennibus Iudicium publicatur ritibus & verbis. (g) Actor & Reus armis poſitis comparent, cauſam vel ipſi, vel adhibito defenſore agunt, (h) tandemque vel conciliantur, vel ſi cauſa iniuriarum ſit, reus lata ſententia iniuriarum condemnatur, executio Principi tanquam Iudici Honorario commendata; Si vero de Maioribus agatur, reusque in probatione eorundem legitima deficiat, ſolemniter actibus equeſtribus excluditur.

(a) Pactis etenim antiquis 1304. inter Sileſios Luſatos, & Polonos ſublatis, multæ Nobilitatis Germanicæ Familiæ in Sileſia & Luſatia ſedes quærebant, qui ab Henrico Duce Glogaviæ, dicto Fideli, aliisque, ad contentiones inter easdem præcavendas in Sileſia & Luſatia impetrabant Iudicia Heroica v. IACOBI SCHICKFVSII Chronicon Sileſiæ L. III. cap. XXII. fol. 251. & cap. XXIV. fol. 295. FRIDERICVS LVCAE *Schleſiſcher Denckwuerdigkeiten* pag. 1915. n. 4. Quæ deinde confirmavit Ferdinandus I. Auguſtus *im Schleſiſchen Land - Frieden Prag den 22. Septembr.* 1528.



apud

apud IOANNEM IACOBVM de WEINGARTEN *Faſciculis diverſorum Iurium Lib. II. pag.* 13. & 149. Ampliſſimi LVNIGII *Reichs - Archiv Part. Spec. Contin. I. erſten Fortſatz Ferdinandi I. Diploma n.* 265. *fol.* 355. & *Maximiliani II Diploma l. c. n.* 277. *fol.* 384. *ſeqq.*

(b) Cuius *kurtzer Tractat und Bericht von dem Schleſiſchen Ritter-Recht und Ehren - Gericht* poſt mortem Generoſiſſimi Auctoris prodiit *Lipſiæ* 1615. 4.

(c) WENTZKHY pag. 14. 18. ubi Formula extat, compara IOANNIS CHRISTOPHORI BECMANNI Syntagma Dignitatum Illuſtrium Diſſert. XIV. cap. 2. §. 17. pag. 203.

(d) WENTZKHY pag. 20.

(e) WENTZKHY pag. 27. de WEINGARTEN l. c. Libr. II. pag. 21.

(f) LVCAE l. c. pag. 1758.

(g) WENTZKHY pag. 34. ſeqq.

(h) Confer. Dominus de WEINGARTEN c. l. Libr. II. pag. 21.

## CAPVT QVARTVM
## DE
# IVDICIO LVSATIAE SVPERIORIS HEROICO.
## *Von des Marggrafftbums Ober - Lauſitz Ehren - Tafel.*

Eſt quoque PATRIAE meæ Germanicas inter Provincias tot ſingularibus inſtitutis, legibus, iuribus prærogativis ab antiquiſſimo ævo maxime inclutæ IVDICIVM HEROICVM *die Ritter - und Ehren - Tafel*, quod

quod commemoratis iam a me Europæ Regnorum Germaniæque Regionum quarundam Iudiciis Honorariis annumerari quam maxime meretur. Datum etenim atque conceſſum eſt ab Imperatoribus Auguſtis, Regibus Bohemiæ, Electoribusque Saxoniæ inter alia eximia Privilegia LVSATIAE HEROIBVS Illuſtri Nobilique genere in hac provincia natis a vetuſtis temporibus, ut qui virtute meritisque eminerent, haberent etiam ſingulares in cauſis GENTEM, FAMAM, HONOREMQVE concernentibus, Iudiciorum rationes, quas non coram Iudice Ordinario, ſed Heroibus Commilitonibus agerent, eorundemque ſententia finirent. Cauſas, Ceremonias & Proceſſum, memorabiles ſine Patrii huius IVDICII HEROICI, domeſtici Hiſtorici Viri Doctiſſimi (a) potius quam meis exponere conſultum iudicavi, ita exponentis: *Dieſe Ehren-Tafel wird bey entſtandenen Iniurien von der Hohen Landes-Obrigkeit ausgebethen, und ſo dann denen ſtreitenden Partheyen von dem Herrn Land-Voigt auf den Schloß zu Budißin erœfnet. Wann der Termin von dem Herrn Land-Voigt angeſetzet worden, wird die Citation dem Beklagten von dem Hof-Richter perſœnlich eiugehændiget. So dann wird ein* EHREN-MARSCHALL (b) *erwehlet, und demſelbigen aus zwœlff Adelichen Geſchlechtern zwœlff Adeliche Beyſitzer,* (c) *zu Beſtellung des Ritter-Rechts zugegeben; Der* EHREN-MARSCHALL *aber hat einen blau und gelb farbichen Stab in ſeinen Hænden. Weiter wird ein Herold Adeliches Geſchlechts verordnet, der ein beſonderes Herolds-Kleid* (d) *an hat. So bald die Ehren-Tafel beſetzet, ingleichen der Herr Land-Voigt mit ſeinen zwœlff Adelichen beſondern Beyſitzern vorhanden iſt, werden die Paucken und Trompeten gerührt und die Partheyen durch den Herold aufgeführt. So dann wird*

*das Ritter-Recht geheget* (e) *und von dem Herold unter Trompeten und Paucken-Schall ausgeruffen. Darauf erſcheinet das klagende Theil* (f) *mit ſeinem Anwalde Adeliches Standes: Thut ſeine Anrede hergebrachten Formalien, auch nach erhaltener Erlaubnis ſeinen Vortrag und nothdürfftige Klage* (g) *und bittet endlich um rechtliche Hülffe und Beſcheid.* (h)

(a) SAMVELIS GROSSERI Rectoris Gymnaſii Gorlicenſis meritisſimi *in den Lauſitziſchen Merckwuerdigkeiten* P. III. cap. X. pag. 54. Qua in IVDICII HEROICI deſcriptione conſentit fere Vir rerum iuriumque patriorum peritiſſimus, Ampliſſimus & Conſultisſimus Dominus IOANNES BENEDICTVS CARPZOVIVS, Potentiſſimi Poloniarum Regis & Saxoniæ Principis Electoris a Commiſſionum Conſiliis, Syndicus Civitatis Zittavienſis digniſſimus egregio opere *des Neu eroeffneten Ehren - Tempels Merckwuerdiger Antiquitæten des Marggraffthums Ober - Lauſitz* cuius capite X. pag. 158. hoc Luſatiæ Superioris Iudicium Equeſtre & Heroicum ex Actis documentisque plenae fidei publicis copioſe eruditeque expoſuit, atque ſubſequentibus verbis deſcripſit: *Dieſes Gerichte, welches man nicht unfueglich dem alten hohen Lehn - Gerichte der Parium Curiæ vergleichen mœchte, wird mit beſondern zu ſolchem Actu eingefuehrten Ceremonien und Reden geheget, wenn einer von Adel der Nothdurfft erachtet, eine, mehr oder alle ſeine vier Ahnen und Schilde vom Vater und Mutter darzuthun, oder daferu einer an ſeinen Ehren angegriffen, ihme Quæſtio ſtatus moviret, oder auf andere Weiſe an ſeinem Stande Beleidigung wiederfahren iſt, worueber ſonſt langwierige Iniurien - Proceſſe, oder eigenmæchtig geſuchte Huelffe, ia Leib - und Lebens - Gefahr entſtehen mœgen, da denn dieſe Ehren - Tafel mit lauter Rittermæſſigen Standes - Perſonen beſetzet, die beyden ſtreitigen Partheyen, ohne Zu-*

*Zulaſſung eines Advocaten entweder vor ſich ſelbſt oder mit Beyſtand eines Adelichen, Gelehrten und qualificirten Vettern und Oheims, durch einen Adelichen abſonderlich dazu bekleideten Heerhold mit Paucken, und Trompeten - Schall auf - und abgefuehret, mit ihrer Nothdurfft ſolenniter gehœret, und ſo dann durch Vrthel und Recht entſchieden werden, ohne daß nach dieſen fernere Inſtantz oder Appellation zugelaſſen werden, ſondern der Beleydiger dem Beleydigten eine œffentliche wiewohl ſeinem Ritter - Stande unnachtheilige Satisfaction zu thun pflichtig ſeyn mueſſen.* Idem doctiſſimus Vir huic deſcriptioni atque de Origine huius Iudicii eruditæ expoſitioni adiecit Protocolla Iudiciorum Heroicorum, in cauſſis Iniuriarum, quorum primum ex Mandato Rudolphi II. Imperatoris d. 26. Novembris anni 1592. alterum permittente Sereniſſimo Saxoniæ Electore Ioanne Georgio III. die $\frac{2}{12}$ Septembris anni 1684. in Arce Budiſſinenſi multa ſingularium Ceremoniarum & Verborum pompa fuere celebrata. Quibus ex Protocollis tuam Lector Benevole, qui Carpzovianum Librum non ad manum habes, in gratiam, quædam in margine adſcripſi.

(b) Qui Præſidem agit *der Ehren - Tafel* qualis 1592. fuit *Herr Ernſt von Rechenberg auf Kroſtau Rœm. Keyſerl. Maieſtæt Rath und des Marggrafſthum Ober - Lauſitz Landes - Hauptmann.* In Iudicio 1684. habito hoc munus geſſit: *Herr Chriſtoph Vitzthum von Eckſtædt auf Iahmen und Duerbach &c. Sr. Churfuerſtl. Durchl. zu Sachſen und des Marggrafſthums Ober - Lauſitz Landes-Hauptmann.* Pro - Princeps tamen Luſatiæ *der Land - Voigt* hoc in Actu ſeparatam habet Tabulam, ad quam una cum Duodecim Adſeſſoribus ſedes capit, quorum conſenſu a Mareſchallo noris, Iudicibusque ſuis, omnia fiunt. Nomina Adſeſſorum poſteritati ſervarunt Protocolla apud CARPZOVIVM *p.* 162. 174.

(c) Quorum illuſtria Nomina Iudiciorum 1592. & 1684 celebratorum recitat Ampliſſimus CARPZOVIVS *p.* 162. 173.

(d) In Iudicio 1592. Heroldus Dn. IOANNES a NADELWITZ comparuit: *mit einem weiſſen doppeltaffren Rock ſo ihme biß an die Knie gangen, angezogen geweſen, darueber ein rothes Leviten-Kleid, in Forma einer Kaſel; ſo ihme ein wenig unter die Guertelſtadt vorgangen, von dergleichen Zeug, ſo wohl einen rothen Huth, in Forma einer Muetzen, darueber eine weiſſe Binde, ſo was herunter fliegend gehangen, auf dem Leviten Kleid iſt hinten und fornen des Rœm. Reichs Adler auf einem Tuch abgemahlet geweſen, in des Adlers Hertz des Kœnigreichs Bœheim Wapen, als ein weiſſer Lœwe, in des Lœwen Hertz des Marggraffthums Ober-Lauſitz Wapen, als mit vergoldeten Zinnen, ueber den Zinnen im blauen Felde ein weiſſer Hund. Der Herbold hat einen Stab, ſo gelb und blau geweſen in ſeiner Hand gefuehret*; Iudicii 1684. Caduceator Dn. IOANNES HENNINGIVS a BLANCKENFELD veſtitus fuit: *mit einem langen Leviten-Rock von gelben Taffend bis an die Knie. Die Ermel ſeynd unterwerts gantz enge zugegangen, ueber den Ellenbogen aber ziemlich weit, daß ſie wie groſſe Krauſſen uebergefallen, ueber dieſem Rock hat er von eben ſo groſſer Breite, nur um etwas kuertzer, mit eben dergleichen Ermeln, daran aber keine Enge vorgangen, einen ſchwartzen taffenden getragen, darauf fornen an der Bruſt und hinten am Ruecken das Churfuerſtl. Sæchſiſche Wapen geheffret geweſen, am Halſe iſt das Krægel von den gelben Rock, dem ſchwartzen ein wenig vorgangen, auf dem Kopff hat er ein Baretgen getragen mit ſchwartzen Taffent ueberzogen, deſſen Form einem kleinen Huth mit einen ſchmalen Rande nicht ungleich, um daſſelbe iſt gelber Taffend gebunden geweſt, welcher faſt bis an die Knie wie ein Trauer-Flor hinunter gehangen, die Struempffe ſind gelbe, wie auch die Schuhe von gelblichen Engellændiſchen Leder mit ſchwartzen Laſchen und Abſætzen geweſen, hat in Hænden einen ſchwartzen und goldgemahlten Stock getragen*, adhibe CARPZOVIVM *pag.* 163. 173.

(e) Cærimonias Formulamque ſolemnem quibus cœptum Iudicium Heroicum 1592. recitat PROTOCOLLVM Operis CARPZOVIANI laudati pag. 163. *Hierauf hat der Marſchall das Ritter-Recht mit folgenden Worten geheget:*

*Im Nahmen der Heil. Dreyfaltigkeit, auch auf allergnædigſte Reſolution und Zulaſſung der Rœm. Kæyſerl. auch zu Hungarn und Bœheimb Kœnigl. Maieſtæt als Kœnigs zu Bœheimb und Marggrafens*

*ſens in Ober - Lauſitz, unſers allergnædigſten Herrn, hege ich hiermit ein ordentliches Ritter - Recht mit allen Solennitæten und Herrlichkeiten, wie Ritter - Rechts lœbliches Herkommens, Ubung und Gewohnheit iſt, gebiete darauf Krafft meines tragenden Amts vor ſolchen Ritter - Recht Friede in Worten und Wercken und daß man ſich aller Zucht und Erbarkeit verhalte.*

*II. Will ich alles das, ſo dieſem entgegen iſt, und ſeyn mag, hiermit ernſtlich verboten haben.*

*III. Soll niemand vor dieſem lœbl. Ritter - Recht, ohne vorgehende Andingung und Erlaubnis treten, und der Parthen Wort führen, es ſey denn eine Perſon von vier untadelhafftigen Schilden Ritters-Arth.*

*IV. Soll vor dieſem ordentlichen Ritter - Recht nichts mehr noch ferners denn der Parthen erheiſchlichen Ehren - Nothdurfft erfordert, geredet und vorgetragen werden, alles bey Vermeidung gebuehrlicher und des Rechten Straff, hiernach ſich ein ieder zu richten.*

*Nach dieſen gethanen Reden iſt der næchſte Beyſitzer an der lincken Hand befraget worden, ob das Ritter - Recht dermaſſen, wie Recht, geheget ſey, darauf der Beyſitzer ſo befraget, Ia geſaget.*

*Folgends iſt wieder aufgeblaſen und die Heer - Drummel geſchlagen worden, alsdenn hat der Herold das Ritter - Recht ausgeruffen mit folgenden Worten:*

*Daß auf Anſuchung der Part, der Kayſerl. Maieſtæt Ehren - und Ritter - Recht zur Nothdurfft beſtellet, und da iemands vor demſelben zu handeln, der ſolle mit gebuehrender Ehrerbietung vorkommen, ſeine Nothdurfft befœrdern, und gebuehrlichen Beſcheids gewarten.* De Iudicio vero anni 1684. hæc narrat PROTOCOLLVM *l. c. pag.* 175.

*Darauf hat Herr Landes - Hauptmann Vizthum als Ehren - Marſchall, nach dem er mit einem Stabe welcher zwar eben wie des Herolds bemahlet, nur um ein ziemliches længer geweſt, gepochet, und dadurch ein Zeichen zum Stillſchweigen und Aufmercken gegeben.*

*Das Churfuerſtliche guæſtigſte Reſcript welches wegen Beſetzung der Ehren - Tafel an den Herrn Ober - Amts - Verwalter ergangen, œffentlich in Gegenwart beyder Parten verleſen, und dann darauf Herrn Landes - Elteſten von Schœnberg, als Aſſeſſorem auf der rechten Seiten gefraget, ob es nun Zeit ſey das Ritter - Recht zu begen?*

*Als dieſer mit Ia geantwortet, hat gedachter Herr Ehren - Marſchall im Nahmen Sr. Churfuerſtlichen Durchlauchtigkeit denen Parten ſich aller Unbeſcheidenheit, ſo wohl in Worten als Wercken zu enthalten, und daß keiner zu der Sache, als der Parten darzu erbethenen Defenſores und Beyſtande reden ſolten, ernſtlich iniungiret und anbefohlen.*

*Darauf hat er Herr Cloſter - Voigten von Maxen als Aſſeſſorem auf der lincken Seiten gefraget, ob das Ritter - Recht nun allen gehœrigen Solennitæten und alten Gebrauch nach zu Recht beſtellet und geheget ſey? Nach dem dieſer ſolches beiahet, hat der Herold geruffen, daß nachdem nunmehro das Ritter - Recht zu Recht geheget ſey, Klegern vergœnnet ſeyn ſolte vorzutreten, und ſeine Klage gebuehrend vor zu bringen.*

(f) Ipſi tamen Actor & Reus poſſunt cauſam agere & defendere, prout exemplo patet apud CARPZOVIVM *pag.* 163.

(g) Proceſſum Iudicii anni 1592. lege apud CARPZOVIVM *a pag.* 164. *ad pag.* 169. Iudicii vero anni 1684. *a pagina* 176. *ad pagina* 186. qui pauca habet ſingularia a communi Iudiciorum ratione recedentia, niſi quod perſonæ litigantes certis utantur formulis, partesque ſub tubarum tympanorumque ſonitu ad Iudicium eant redeantque.

(h) Sententiam a Mareſchallo Honoris *dem Ehren - Marſchall* cum conſenſu Pro - Principis Marchionatus (*des Herrn Land - Voigts* Iudicumque Honoris (*der Ehren - Richter*) concipitur, ſolemnique ritu publicatur, quas CARPZOVIVS pag. 172. & pag. 186. recitat. Iudicium a. 1684. hac memorabili clauſula finitur: *Alles mit Vorbehalt Ihrer Churfuerſtl. Durchl. zu Sachſen als Marggrafen und Landes - Fuerſten dieſes Marggrafthums zuſtehenden Intereſſe, hohen Regals und Dero Landes - Fuerſtl. gnædigſten Ratihabition.* Tandem Iudicio finis ſequenti ratione imponitur: *Nach Verleſung hat der Ehren - Marſchall den Stab in die Rechte Hand genom-*

*nommen, und mit ausgeſtreckten Arm von ſich gehalten, da denn zu erſt Klæger, hernach Beklagter den Stab mit rechter Hand beruehret. Hierauf hat des von Noſtitz Defenſor ſo wohl Sr. Churfuerſtlichen Durchlauchtigkeit als auch der Ehren - Ritter - Tafel Danck geſaget, und um Abſchrifft des Sentenzes angehalten. Schlueßlich hat ſowohl zuerſt der Herr Ehren - Marſchall, als auch Herr Præſes ihren Herren Aſſoribus gedancket, daß ſie nicht allein erſchienen, ſondern auch was ſie Rechtens zu ſeyn erachtet, beygetragen, worauf der Herr Ehren - Marſchall den Stab fuer ſich auf die Tafel die længe hingeleget, und geſprochen, daß nunmehro im Nahmen der Heil. und Hochgelobten Dreyfaltigkeit die Ritter - Tafel hiermit ſolte aufgehoben ſeyn.* Ampliſſimus CARPZOVIVS *p.* 186.

Quibus labori levidenſi finem facio, immortalemque & præpotentem Deum conceptis imploro votis: Velit & inpoſterum GERMANIAM LVSATIAMQVE facere Virtutis, & qui comes eſſe ſolet, HONORIS perpetuum THEATRVM.

Vk 1011 Or

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198446-p0050-6

ULB Halle 3
004 927 397

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198446-p0051-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198446-p0052-7

D. B. V.

...S GENTIVM ET LVSATICI

DE

# ...S HEROICIS

Von

# ...=Tafeln,

...QVAM

*...ESIDE*

... GOTTHELFFIO
...RUVIO
...RATISSIMI NOMINIS
...IAE DVCVM ERNESTINAE PRO-
...HISTORICO SERENISSIMO MARG-
...RGO-CVLMBACENSI A CON-
... IVRIS ET HISTORIARVM
...SORE PVBLICO

...DRIO ICTORVM
...SQVISITIONI SVBIECIT

... FRIDERICVS Föhrl
...SA-LVSATVS
...ILIS MDCCXXI.

... EX OFFICINA HAKIANA.
...CC XXXIX.

(6)

Vk 1011
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
...IOTHECA ...KAVIANA